



CAPVT II.

§. I.

*L. 20. C. de poen. Gratiano vindicata, expensis reprobatis-
que aliorum sententiis, qui vel Valentinianum; vel
Theodosium eius auctorem faciunt.*

Ante vero, quam vltius progrediamur, recte atque or-
dine facturi esse videmur, si, recitatis Legis illius, in vni-
verso Codice celeberrimae, verbis, cui illa tamquam vero
auctori adscribenda sit, relictis omnibus diligentius dis-
quiramus. Verba igitur *L. 20. C. Iust. de poen.* ex *L. 13. C. Theod. eod.* sine vlla interpolatione aut corruptione desumta,
haec sunt:

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEO-
DOSIVS AAA. FLAVIANO PRAEFECTO PRAE-
TORIO ILLYRICI ET ITALIAE.

*Si vindicari in aliquos severius, contra nostram consue-
tudinem, pro caussae intuitu, iusserimus: nolumus statim eos
aut subire poenam, aut excipere sententiam: sed per triginta
dies super statu eorum fors et fortuna suspensa sit. Reos Ja-
ne excipiat vinciatque custodia, et excubitis sollertibus vigilan-
ter obseruet. Dat. XV. Kal. Septemb. Veronae, Antonio et
Syagrio Coss.*

Iam